



DAGOBERTI REGIS 97

diligit altissimus. Deinde Diuionna (q) im-
moque Latona (r) resedens aliquantis die-
bus, tantam intentionem cum vniuerso regni
sui populo iustitiæ iudicandæ posuerat, vt
huius desiderio plenus, nec somnum cape-
ret, nec cibo satiaretur, intentissime cogi-
tans, vt omnes cum iustitia recepta de con-
spectu suo remearent. Eodem autem die,
quo ab Latona Caballonum (s) delibera-

G re

(q) Diuionna] *Gregorius Turonensis lib. III c. XIX eam describit & vocat urbem Lingonicam & qua ex illo hausit Aimoinus II c. XXIV Romanis iamdum erat nota, de qua inscriptio apud Reinesum cl. I n. CCLXIII.*

ARAM POSVERVNT FABRI
FERRARI DIBIONENSES

Hodie vocatur Diion caput ducatus Burgundici.

(r) Latona] *Diuionna finitima vrbs erat.*

(s) Caballonum] *Æduorum oppidum erat, Cabillonum Casari dictum, VII de B. Gallico extremo. Locus enim erat Romanis non ignotus, vbi negociandi causa consistebant. In notitia imperii p. 147. dicitur Cabaliodunum. In duabus notitiis prouinciarum & ciuitatum Gallia castrum Caballonense & castrum Cauallonense. In tabula Peutingeriana pagus Cabillonensis & in diuisione regni a Carolo M facta. In gestis Francorum cap. XXXV Caeulo ciuitas Bur-*
gun-